



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Illud 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

ex eo Gregorius Pont. hic, quod Christus negando sed dæmonium habere, tacitè concesserit, se esse Samaritanum. Itaque ex eo prædictum prosuntiatum erunt i mola, Panorm. & Felic. hic. Simile est in l. Cùm prætor 12, in pr. D. De judic. ubi prætor, cum ex pluribus judicibus datis five delegatis unum revocasset, ceasetur alios eonfirmasse, ut scilicet illi in eadem causa procederent.

2. Hæc tamen sententia accipienda est de rebus separatis; secus, si una alteri cohæreat, & accessoriæ veniat; nam in his unam negando, aliam affirmare non ceasetur: veluti si creditore re-

petente debitum suum, unâ cum eo quod interest, & reus negat debitum, non ideo censetur id quod interest esse confessus.

Nequahis repugnat textus in l. Si extraneus 6, D. De condit. causa dat. int. Commodissimè 10. D. De lib. & posth. Crim. Susceptum 6. Da rescriptis lib. 6, quibus locis causus omisus vel tacitus remanet in dispositione iuris communis; quia respondet Felic. hic, id verum esse, ubi causus omisus non fuit nominatus. At hic uterque causus expressè est nominatus, & subsecuta ad alterum responso.

### In Cap. Illud 11.

#### S U M M A R I A.

1. Presumptio matrimonii an oriatur ex maris & famine cohabitatione.
2. In matrimonio sufficit solus consensus contrahentium
3. Matrimonia presumpcta per Concil. Trid. sublata.

**H**oc textu probatur matrimonium inter duos contractum ex longa cohabitatione & fama vicinæ, quod icilice vir mulierem tamquam uxorem suam domi soverit, item quod sese invicem coniuges in publico instrumento nominarent. Hæc omnia hic conjunguntur, quamvis se S. Pont. non fundat in instrumento tamquam non controverso, neque sola habitatio maris & fœminæ producit præsumptionem matrimonii hoc iure Canonico. Auctor enim de iure civili, per text. in l. In liberta 24, D. De ritu

nupt. quo hac in re tamquam spirituali non utimur. Nisi aliter constet de matrimonio, propriæ solemnitates matrimoniales adhibitas, vel alium modum, quo inter se uti coniuges matrimonium contraherent, can. Alster xxx. q. 5. ¶ Nam sufficit in contrahendo matrimonio solus consensus contrahentium, five is expressus sit, c. Cùm apud 23, & c. Tua 25, inf. De sponsal. five præsumptus, ex certis circumstantiis, ut his in textu.

Ubi rursus membra oportet, hæc aliaque præsumpta matrimonia hodie per decretum Concil. Trid. esse sublata, quo matrimonium non consistit, nisi coram Parocho, vel alio Sacerdote ad hoc deputato, & duobus vel tribus testibus præsentibus, contractum proberetur, ubi scilicet in parochia decretum hoc promulgatum est, Sess. 25, c. 1, De reform.

### In Cap. Litteras 14.

#### S U M M A R I A.

1. Presumptio una alteram elidit.
2. Nemo ex presumptione condemnandus,
3. Quod ramon fallit in presumptione juris.

**E**x hoc Cap. passim colligitur, quod una præsumptione alceram elidit, si illa vehementer sit. Nam hoc loco fratri, qui ab heresia reversus ad fidem alterum suum fratrem derulerat nomine hereticos, magis creditur, quam cum postea eum innocentem iurciurando suo affirmasset; quia prior illa delatio fratris nitebatur zelo orthodoxæ religionis, quo ducebatur ratione sua conversionis, ut ita cura haberetur conversione

tendi fratrem suum. Itaque, non obstante contraria affirmatione, magis priori dicto fratri statut, quam posteriori.

Alterum ex eodem textu nota, quod nemo ex suspicione licet vehementi condemnari debeat. Idem probat text. in l. Abjentem 5, D. De pœna, eiusque reparationem dedimus ad c. 4, sup eod. Ex quo sit, ut ne quidem ex violentissima præsumptione quis damnari possit: qualis est ea, quæ contra Titum præsumimus, eum esse reum homicidii, quod crucato & adhuc calido gladio solus adstiterit vulnerato, cum ex eo certò non probetur esse homicidiam, siquidem ab alio potuerit occidi,